



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 7. De gente Hebræorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

transfegerunt, vsq; ad tempora Pōpeij Consulis, qui & cum  
ipsis dimicans, sicut & reliquas gentium nationes, quæ in  
Germania habitāt, totasq; ditiones subdidit Romanis. Sed  
continuo Franci cum Saxonibus amicitias ineuntes, ad- Saxones  
uersus Pompeum rebellantes, eiusdem tenuerunt po-  
testatem. Pompeius in Hispania contra gentes dimicant  
plurimas morti tradidit. Post hæc nulla gens vsq; in præ-  
sentem diem Francos potuit superare, qui tamen eos suæ  
ditioni potuisset subiugare. Ad ipsum instar & Macedo-  
nes, qui ex eadem generatione fuerunt; quamvis graui-  
bus bellis fuissent attriti, tamen semper liberi ab externa  
dominatione viuere conati sunt.

**T**ertiam ex eadē origine gētem Thurcorum fuis- Caput 6.  
De Thurcis  
se fama confirmat. Ut cum Franci Asiam perua-  
gantes pluribus prælijs pertransiſſent, ingredien-  
tes Europam, super littora Danubij fluminis inter Oce-  
num & Thraciam, vna ex eis ibidem pars resideret. Electū  
à se itaq; Regem nomine Torquoto, per quod gens Tor-  
quorum nomen accepit. Franci huius itineris gressum cū  
vxoribus & liberis agebant. Nec erat gens, quæ eis in præ-  
lio potuisset resistere. Sed dum plurima egerunt prælia,  
quando ad Renum confederunt, dum à Torquoto minua-  
ti sunt, parua ex eis manus aderat.

A captiuitate Troiæ vsq; ad primam Olympiadem fuit  
 anni CCCCVI.

**R**edeamus quo ordine Hebrœorum gens fuit. He- Caput 7.  
De gente He-  
breorum.  
brœorum reliqui anni L. Abdon annis octo. Post  
Abdon Hebrœos in ditionem redigunt alienige-  
næ annis XL. qui copulantur temporibus iudicium poste-  
riorum. Post quem Samson fortissimus omnium fuit; ita

G g g 3 vt

ut quibusdam factis eius cum gestis Herculis computare nec  
Vides notas.

Quidam ad huius memoriam conseruandam balneum  
multo post tempore appellatus poena. Post  
quem Heli sacerdos. In Hebræorum libris XL. anni inueniuntur; in septuaginta Interpretum, viginti.

*Caput 8.*  
De regno Latini  
morum.

**N**ullo tempore Tauranus regnabat in Assyrios.  
**T**unc Troia capta est. In Hebræis Lepdon iudex  
erat, & in Ægypto Dinaclia rex erat. Primus Rex  
Latinorum tunc in ipso tempore surrexit, eo quod à Troi-  
a fugaciter exierunt, & ex ipso genere & Frigas fuerunt  
nisi per ipsam captiuitatem Troiæ & inundationem As-  
syriorum. E quorum persecutione in duas partes egressi  
& ipsa ciuitate & regione. Vnum exinde regnum Latinorum  
erigunt, & aliud Frigorum. Post tertio anno capta  
Troia, Latini, qui postea Romani nuncupati sunt, & ut  
quidam volunt, post octo ann. regnauit Æneas. Æneas &  
Frigas feruntur Germani fuisse. Æneas in Latinos regna-  
vit annis III, & Frigas in Frigia. Ante Æneam & Frigam  
Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, per quem Latini  
vocati sunt, & in Italia regnauerunt annis circiter CL.  
Roleta scribit Palæphatus autem in incredibilium libro  
primo, Sirenas quoq; fuisse meretrices, quæ deceperint  
nauigantes. Post Æneam Alcanius annis XXXVIII. Alcani  
derelicto nouerat suæ regno, Latinis Albam Longam  
condidit, & Silium posthumum fratrem suum, Æneas  
ex Lauinia filium summa pietate educavit. Amazones illo  
tempore etiam templum Ephesi incenderunt. Alcanius  
Iulium filium procreauit, à quo familia Iuliorum orta, &  
propter ætatem parvuli, qui needum regendis ciuibus in-  
doneus erat, Silium posthumum fratrem suum regni re-  
liquit heredem.

IN